



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd multorum solamen sit, si prudentes viri regibus adhæreant. xxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



farios studete esse solliciti, vt per hoc quod Dei nostri inimicis fideliter repugnatur, & hic fœliciter ipsius protectione regnetis, & ad æterna postmodum gaudia eius duce gratia veniatis.

*Quòd multorum solamen sit, si prudentes viri regibus adhareant. Cap. XXI.*

**P**rudentes viros, sicut estis, regibus adharere, multorum solamen est. Nam dum prestari sibi locum ad animæ datum vtilitatem intelligunt, certum est, quia mercedis casualis vbi inueniunt non præponunt.

*Ex rege Greg. ad Asclepio dotiũ Patrium*

*Vt regum aduersarj excommunicentur. Cap. XXII.*

*Anglor. cap. 271. Ex cõcil. apud Lauricum, cap. 13.*

**S**i quis potestati regis, quæ non est iuxta Apostolum nisi à Deo, contumaci & inflato spiritu contradicere, vel resistere, præsumperit, & eius iustis & rationabilibus imperiis secundum Deum & autoritatem Ecclesiasticam obtemperare noluerit, anathematizetur.

*De illis qui principi nõ obedierint. Cap. XXIII*

**I**n Libro Regum legitur: Qui nõ obedierit principi, morte moriatur. In concilio autem Agathensi præcipitur, vt anathematizetur.

*Ex cõcil. Toletan.*

*De illis qui in aduersitate propria gentis aut patriæ culpabiles inueniuntur. Cap. XXIII.*

**N**obis igitur ratio persuasit synodalis decernere, vt quicumque laicorum aduersitate propria gentis, aut patriæ, vel regis potestatis, ad exteras partes se conferendo noxius fuerit vltra reuertus, perpetua sit excommunicatione damnatus, & nunquam illi præter in vltimo mortis suæ communitio tribuatur.

*Ex eodẽ.*

*Vt nullus præsumat principe viuentem alium eligere regem. Cap. XXV.*

**Q**uanquam in concilio anteriori quòd anno primo gloriofissimi principis nostri habitum est, de huiusmodi re fuerit promulgata sententia: tamen placet iterata iuxta quod conuenit custodire. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo opere, vel deliberatione, seu cuiuscunq; dignitatis laicus, seu gradu episcopatus, presbyterij, aut diaconij consecratus, ceterique clericatus officiis deditus, futurum regem provideat, contra viuentis regis vtilitatem, &

*Ex eodẽ cõcilio. 7 cap. 17.*